

ENCOMIUM EQVI, ET MONTIS PEGASÆI

SINGVLIS FERÈ LIBRIS, A' D. PHILIPPO VLHARDO

excusis, sub finem adiuncti, Nobili, & erudito adolescenti

Iohanni Georgio Romungio missum,
Gasparo Macro auctore.

Aspice cornipedem distorta fronte caballum,
Ecce Medusæi colla volantis equi,
Gorgoneumq; vide geminato vertice montem
Sacratum Phœbo, Thyrsigeroq; deo.
Contemplare sacras, Aganippæasq; sorores
Vnanimi cantus lege referre sonos,
Et perpende, quid hæc in se designet imago,
Tale poëtarum quidue poëma velit.
Nulla sacri frustra finxerunt carmina vates,
Vatibus à sacris sint ea verba procul.
Fabula nil prodest, nisi sit sub cortice quiddam,
Quo ingenium vates arte latente colant.
Hoc bene perpendas igitur, quicumq; videbis
Alipedum, validum, pennigerumq; pecus.
Est etenim natus Ponti genitore parente,
Matreq; saxifica Bellerophontis equus,
Hoc Lyciam, ille feram deuicit, bellaq; magnis
Sæpius indixit, nec sine laude, viris.
Est prope Parnasum, nec longè à Phocidos amne,
Mons Helicon Musis, & tibi, Phœbe, sacer,
Aliger hic saxum percussit Pegasus vngue,
Ex quo continuò limpida fluxit aqua.
Nomine protrito fons dicitur Hippocrene,
Fons etiam Musis, & tibi, Phœbe, sacer,
Hunc qui gustauit, vates est natus, vt ille,
Qui tantum potus venit ad arma, pater.
Sic quoq; sub bifido recubans præceptor arandi
Colle, statim finxit carmina culta dijs.
Vtere iudicio rectè, non garrula tantum
Pingitur hoc quali fabula cunq; typo,
Hæc ratio est: vates natura nascitur, ergo
Nullus in Orpheia redditur arte lyra,
Et, qui non latice est tali submersus, in æuum
Nec Clarij fiet portio parua chori,
Atq; soporifero qui nunq; tempora somno,
Illa vel ad noctis somnia vana, dedit,



Stratus in irrigua Parnasi valle, Dearum
Huius non vnq; tempora ferta prement.
Quare, maecte puer, Tegyrao numine Musas
Prosequere, & doctos, laurigerosq; viros.
Sic tibi donabunt Charites sua munera, cingent
Quando tuum meritò Delia ferta caput.
A grege diuisus diceris sanctus, & almo
Pectore demissum numen habere polo.
Te ductore dijs sacrata iuuenta sequetur,
Artificiq; reget tinnula plectra manu,
Nomen & æternum, decus immortale parabis,
Et tua perpetuò stamina parca trahet.
Non vnquam moritur sanctis dicatus amicis,
Dignum laude virum Musa parere vetat.
Omnia depereunt aliàs monumenta labore
Structa graui, nobis fama superstes erit.
Fama superstes erit, non crudo Martè parata,
Classica dum bombo tympana rauca tonant,
Diuitijs nec Cræse tuis ditissime parta,
Quæ vel habet Ganges, purpureusue Tagus.
Sed nobis, quibus est Helicon sub pectore, fama,
Carmine quæ veniet parta, superstes erit.
Testis eris nobis, Romungi maxima Phœbi
Gloria, cura, eius perpetuumq; decus.
Si quis enim tali fuit vnq; gurgite lotus,
Tu certè tali gurgite lotus eris.
Mittimus ergo tibi distorta fronte Caballum,
Atq; Medusæi dona volantis equi.
Munera suscipias, sint qualiacunq; benigna
Mente, bona munus nam tibi mente venit.
Quod si tu facies, placatus munere diuum,
Pendula gestabit Delphica ferta coma.
Viue, vale Priami noctesq; diesq; senectam
Transige Tithoni, Nestoreiq; senis.

IN ZOILVM.

Nil legisse nocet, Themis æquo iure fatetur,
Nec scripsisse nocet, Zoile, cur renuis?

ΕΠΙΤΑΦΙΟΣ ΤΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΕΝ ΤΗ ΠΟΛΙ ΤΗΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

Κωνσταντίνος ο Μέγας
Κωνσταντίνος ο Μέγας



Αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἦν ἄριστος ἐν τοῖς πολεμικοῖς
ἐργοῖς, ἠρώτατος ἐν τοῖς πολιτικοῖς. Ἐπὶ
αὐτοῦ ἡ πόλις ἠνεῖμασε, καὶ ἡ βασιλεύς
ἐπέδειξε τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ ἐν τῇ μάχῃ
ἐν τῇ πόλιν. Ἐπὶ αὐτοῦ ἡ πόλις ἠνεῖμασε,
καὶ ἡ βασιλεύς ἐπέδειξε τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ
ἐν τῇ μάχῃ ἐν τῇ πόλιν.

Ὁ βασιλεὺς ἦν ἄριστος ἐν τοῖς πολεμικοῖς
ἐργοῖς, ἠρώτατος ἐν τοῖς πολιτικοῖς. Ἐπὶ
αὐτοῦ ἡ πόλις ἠνεῖμασε, καὶ ἡ βασιλεύς
ἐπέδειξε τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ ἐν τῇ μάχῃ
ἐν τῇ πόλιν. Ἐπὶ αὐτοῦ ἡ πόλις ἠνεῖμασε,
καὶ ἡ βασιλεύς ἐπέδειξε τὴν ἀνδρείαν αὐτοῦ
ἐν τῇ μάχῃ ἐν τῇ πόλιν.

Dactylus G. Krandu.

ΜΥΣΤΗΡΙΑ
Τῆς πόλεως τῆς Κωνσταντινουπόλεως

